



accepisse, imò & divinitatem ipsam, n. 1026. & an. 2153. O quantis ille per Matrem suam obstrictus beneficiis est. *ibidem.*

18. *Plenam gratiam & veritatem.* In Christum enim omnis gratia ex unione divinitatis derivata, ut ab illo, uti à capite nostro, in nos derivatur, à n. 932. & à n. 2073. Et quidem idèd natus, ut nostris inserviat commodis, & mancipetur obsequiis, propterea statim atque illum peperit Mater, reclinavit in præsepio, n. 769. & à 1220.

Pro Christi Circumcisione, & Jesu nomine augustissimo.

1. *Postquam consummatis sunt dies octo, ut circumcideretur Puer.* Luc. 2. Dum circumciditur Christi humanitas, peccatoris stigmatem notari videtur. Quid hic æternus Pater? Quid Spiritus sanctus? Tacet ille, neque iste apparet in columbae specie, ut postmodum in Jordane, ubi filius abluatur quasi lavacro indigens, & Genitor intonat, & divinus adest Spiritus. Cur non similiter in Jesu Circumcisione? Certè quia hic Virgo Mater præsentissima est, quæ æterni Genitoris quasi vix gerit, fertque vocem, & Spiritus sancti columbinam Patris imaginem, ad vivum exprimens, à n. 619. Cherrimam Patris imaginem, ad vivum exprimens, à n. 619. Imò ex ore Dei produsse dicitur, ut vox, à n. 293. Et columba est, quia columba illa, quæ supra Christum mansit, eam totam repleverat, ut loquitur S. Iudeph. serm. 1. de Assumpt. Columba una, vera, munda, integra Dei, n. 624. & 563. Quæ hodie præsertim apparet cum olive ramo in ore suo, cum Jesu nempe nomine, quod filio impoluit: ut olim ad Jordanis ripas oleum in imagine columbae descendit, quomodo loquitur Optatus Milevitanus lib. 4. contra Parmen. n. 1828. & 1040.

2. *Postquam consummatis sunt dies octo.* Vix natus puerperæ Matris inceperat mammillas fugere, cum pro Dei gloria, & hominum salute festinat in ipso vite principio, effuso sanguine, redemptionem auspiciari, consummaturus in Crucce, & quasi jam consummavisset, salutem nomine præfert, quod patibulo erat superferendum, n. 1921. Et quidem proprium sapientis munus est, doctrina sua mundum illuminare, & fecundare, à n. 1046.

14. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Rectè Origenes: *Iesus, nomen Sapientia est.* Scilicet hoc nomine Sapientia ipsa nuncupari exoptabat ad numerosam sapientum prolem, n. 1899. Datum igitur hoc nomen præclarè Jesu vitam sapientie, & præclarè doctrinæ. Nil mirum, si in finitum propemodum sapientissimorum sobolem pepererit ubique Christianæ Reipublicæ, à n. 1897.

15. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Nomen accepit, quod ad instar usque est miræ fragrantia: Quippe post Dominicæ incarnationis œconomiam, divinum nomen latius sese ad Gentiles, extra Israeliticis terminos, extenditur, & ubique gentium habetur illustris, à n. 1937. ulque ad 1971. Ergo accepto hoc à Iesu fragrantissimo unguento, sint illi toti aromatiseri, incomparandam Jesu fragrantiam quoque versis diffundentes, à n. 2016. Et exteriori ædificationi tenentur esse inveni admodum, ob idem nomen acceptum, n. 1895.

16. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Nomen hoc Christus sua humili obedientia sibi comparavit, ut Paulus ait ad Philip. 2. v. 8. & 9. Eodem insignitum nomine nostrum Sodalitium viros sibi vendicatis perfectissimè addictos obedientia, & quanto obedientia voto constructos, ut ardua quæque superent in Evangelica expeditione, & Iesu nomenclationem adimpleant, à n. 1922.

Pro Epiphania Domini.

1. *Cum natus esset Iesus in Bethlehem Judæ, ecce Magi ex Orientibus.* Matt. 2. Astrologia dediti Magi erant, totumque eorum negotium, solis, lunæ, atque stellarum proprietates perscrutari influxus. Huic Magorum studio, arti, indoli, propensione, divina sese attemperans sapientia, novi sideris minime cõsueti, & denuò se prodentis scintillationem, illorum offert obtutibus. Tam in solitarii novitas ipsi, ut longum iter susciperent, persuasit, quomodo loquitur S. Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 377. Ast quæ hæc nova stella Magos excitans, ac deducens? Deiparam Matrem portendebat, cujus operâ illuminati Magi, & cujus ductu ad Christum traducti adorandû, n. 2395. Vix stabulum intrant Bethlehemiticum, cum ecce Astronomis Regibus signum magnum apparuit in celo, ad novi Regis apparitionem sive epiphaniam spectans Virgo nempe Mater sole amicta, lunâ calciata, & stellis coronata. O sapientissimi Astrologi, ex his cœli luminariis in unam puerperam coeuntibus genitum Filii inspicite: & quod ipse, ejusque Genitrix spectent, considerate: scilicet ut Gentilem Populum illuminent, dirigant & inducant in semitam, qua rectè itur in cœlum, n. 2396. & 170. 178. & à n. 1012.

1. *Cum natus esset Iesus ex.* Ubi S. Basilius Homil. de Christi generatione: *Magi incantationibus, & magicis affectibus, Astronomiaque vacabant.* Incantatores, ac maleficos honines ad se trahit Puer Jesus recens natus. Nil mirum, cum ille sit vox Dei harmonica, musicque concentus humanus auribus jucundè contemperatus, quo vel ipsos maleficos incantatores, & incantationes demonis callidas incantat, ut beneficius cantor, & incantator, à n. 360. ulque ad 369.

3. *Cum natus esset Iesus ex.* Jesu nato, & inuncto jam ipsa Jesu nomenclatura, quasi unguento fragrantissimo, operæ pretium erat, ut miram suam fragrantiam, quæ intra solas Judææ angustias laterat, adèd longè lateque effunderet, ut vel occupatos Gentiliû Magorum scelus inderet, ad v. 20. scilicet 46. à n. 1957. Vide Christum, in Indice n. 10.

4. *Cum natus esset Iesus ex.* Dei unigenitus humana indutus natura in bestialis stibulari præsepio, pauperibus facieis stringitur, teneris lachrymulis vagit tenellus infans, & tamen è longinquo Reges illuminat, & ad se trahit. Verè ille Deus absconditus, verè similis thesauro abscondito in agro, verè omnem divinitatis gazam in se continens, n. 867. Cumque summè sit bonus, non potuit se cohibere quin bona sua copiosè, ac largiter in homines produnderet, num. 1046. De enim bona, quæ tibi soli serviunt, neque communicantur, ferè nulla censentur, à n. 1041.

5. *Cum natus esset Iesus, ecce Magi ex.* Venerunt, ductante eos signifera cœli stella; eam ipsi viderunt, & per illam tandem venerunt videre natum in terris Deum. Et quid tamen est quod viderunt ait Chrylogus serm. 156. Verè sic ait dicit Apostolus, cum esset dives, pauper factus est; cum esset divinitate sua dives, nostra sit pauper in carne; ali quando videt Magus. Cecutiebant Magi, & obturati oculis erant, dum deerrando errantia inquirebant alia, totidem Diis servientes, quot sideribus. Cum verò oculos in unum Jesum direxerunt verè vident, pulchre, jucundè, ac fine errore: quod ex Balaam progenitore suo didicerunt, n. 41. Sic igitur, nobis Christus unica meta, & præcipuus scopus, in quem collimet nostra omnis oculorum, ac mentis acies, ne oberret, à n. 38.

6. *Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum?* Rex appellatur Christus vix natus ob Magorum conversionem, n. 2274. Et quidem fortissimus Rex, ob debellatum infernum, ob abolitum peccatum, & acquisitam sibi plebem sanctam, justam, fidelem, à n. 2273.

7. *Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum?* Quorsum Regem compellat, quem nondum viderant, & cum viderunt, pauperem & humilem absque Regio factu ut Deum & Regem adorarent? Certè quia illum agnovissent aliis ex officio impensum, n. 1121. Sublimior enim Principum majestas tunc maxime proditur, cum subditorum emolumentis inserviant, à n. 1120.

8. *Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum?* Regia Christi sedes vel ante ejus Incarnationem, in Jerusalem, unde olim Israeliticum Populum gubernabat; sic præludens futurum ipsius in Christiana Ecclesia regimen, & gubernandi gloriam, à n. 1386. Vide Christum, in Indice n. 13.

9. *Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum?* Amplissimus Christi dominatus cœlum & terram, Angelos & homines complectens, rebelles ac superbios conculcans, & subjiciens, à n. 1171.

10. *Vidimus enim stellam ejus in oriente.* Statim atque natus Puer Jesus est, hæc exorta Magis nova stella fuit, uti splendidissima Dei, in orientis lingua, per quam ad Ecclesiæ splendorem eos traduxit, traducturus nitidissima Evangelicæ doctrinæ luce barbaras qualque, disitaque Nationes, à n. 2378. Et expende, qua lingua cœlum eloquatur, siderea nempe, luminosa, atque illuminante. Quippe à bona lingua nascitur aliquid proficisci, quod alios obliuret, sed quod illuminet universos, à n. 1035.

11. *Vidimus stellam ejus ex.* Ubi Chrysof. *Cum eos oporteret pergere, etiam ipsa pergebat; cum verò stantibus esset, stabat sicut illa in eremo columna nubis.* De hac nubis, & ignis columna, multa habes, à n. 1066. Etenim jam olim Deus ipse, homo futurus deduxerat Hebræos per desertum sub columnæ specie nitidissima; sed post nostram hypostaticè sibi assumptam humanam naturam, majori erga Gentilem populum benevolentia, eum ipse ducit, obumbrat, & illuminat instaurans excellentiori modo columnæ veteris mirabilia, à num. 1089. Atque hæc revoce quod Auctor Imperfecti Homil. 2. refert: *Stella illa habens in se formam quasi pueri parvuli, & super se similitudinem Crucis, locuta est eis, & docuit eos, & præcepit ut irent in Iudæam.*

12. *Vidimus stellam ejus, & venimus ex.* Nihil est medium inter vidimus stellam, & venimus; statim atque cœlestem novi sideris splendorem vident, ad Christum advolant. Atqui Deus omnes excitat, & ad se vocat suo extitantis, & vocantis gratia sidereo lumine, sonos edens suavissimos, à n. 935. Stella enim (ut Remigius explicat) significat gratiam Dei: vel juxta Glossæ placitum; stella est illuminatio fidei: in cujus publica professione nulla est confusio, imò summa gloria, n. 2239.

13. *Vidimus stellam ejus, & venimus ex.* Divinæ gratiæ eos vocanti præpropere responderunt, ei cooperando solerti & indefessa cura, quavis fugata socordia, indeficiens enim, atque indefessum divinæ gratiæ lumen, & defatigetur, indeficientem atque indefessam nostram desiderat cooperationem, à n. 1051.

14. *Vidimus stellam ejus ex.* Ubi S. Leo serm. 3. de hoc Festo: *Quicumque in Ecclesia pie vivit & castè quærit, quæ sursum sunt, sciat, non quæ super terram, caelestis instar est luminis, & dum ipse sancta vitam nitorem servat: ultra viam ad Dominum quasi stella demonstrat.* O benè! Quippe proprium sapientis munus est, doctrina & sanctitate sua mundum illuminare, à n. 1046.

15. *Vidimus stellam ejus.* Rectè hæc S. Maximus Homil. 4. de Epiphania. *Benè, ejus, quia quavis omnes ab eo creata stellæ, ipsius sunt; hæc tamen proprie Christi erat: quæ specialiter Christi nuntiabat adventum.* Certè stella Christi eris, ac de illorum numero, qui ad justitiam erudiunt multos, si soli Deo lucere studeas, estis universos illuminet, n. 2247.

16. *Et ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos.* Ubi Chrysof. *Ex hoc loco ostenditur, quia cum stella deduxisset Magos, propè Jerusalem ascendit, & ab eis. Ecce disparuit tunc: Quia Jerusalem erat sacre Scripturæ Evangelicæ continens & ebuccinantes doctrinam, quæ divini solis lingua sunt splendidissima, n. 2380. Benè S. Thom. à Villanova ser. de Epiphania. *Magis intravit in Jerusalem stella disparuit, quoniam lucidioris oculi hemisphærum subintravit. Quam ergo solaris fulgor obscurare non potuit, prophetie claritas adumbravit.* Vide sacra Scriptura.*

17. *Usque dum veniens staret supra ubi erat Puer.* Eleganter hic idem Thomas: *Mira res! Sicut desuper proximum lecto sidus rotatur, voluitur, triphidat, scintillat, radiisque, velut digito, quascumque Regem ostendat.* Erat utique Puer in sinu Matris; ite ergo stella supra stellam, cui Magi acceptam referunt copiam lucis eos illuminantis, & ad præsepè deducens, n. 1023. Christianæ enim navigationis sidus Maria, n. 69. Vide Maria, in Indice n. 41. 42. 43.

18. *Et intrantes domum, invenerunt Puerum cum Maria Matre ejus.* Benè cum Maria Matre ejus Jesus invenitur. In Deiparæ enim manibus bona omnia, omnes gratiæ, & gloriæ thesauri inveniuntur, fortunatissimi erimus, si in illam oculos, cogitationes, & studia dirigamus, à n. 70. & n. 2253. Puerum in Maria ulnis invenerunt, Regem in throno suo, n. 1262.

19. *Et procedentes adoraverunt eum.* Opportunè quidem nam amat Deus à nobilioribus honorari, & stipari, n. 862. Unde laudabilis valdè, magno pretio, & loco habenda innata nobilitas, nisi vitiiis foedetur, à n. 859.

20. *Et procedentes adoraverunt eum.* Regis thronis relicto, & coronis depositis, in genua procumbunt ante tenellum Agnum Jesum, & ejus thronum Deiparam. Sed tunc maxime coronati resident sumptuosus, n. 285.

21. *Et aperitis thesauris suis, obtulerunt ei munera.* Nullus apud Persas ad Regis, Reginæve conspectum admittetur, absq; munere, n. 1534. Certatim ambiamus Christi, ac Deiparæ adpectum promereri ditissimis muneribus, à n. 1525. Quibus muneribus vultum Mariæ, id est, ipsam Mariam, supplices deprecantur Hispanientes Orthodoxi, à n. 1527. Sed locupletati subinde ipsi sunt caelestibus divitiis, n. 1537.

Pro Pueru Jesu Jerosolymis remanente.

1. *Cum factus esset annorum 12, remansit Puer Iesus in Jerusalem.* Luc. 2. Hic præstat Josephi clarissimi Ægyptiorum Proregis gloriosa exaltatio, ob sapientiam incomparabilem, supraque humanum fastigium, & ob egregiam providentiam in liberando orbe terrarum ab imminentiis famis exitio, Genes. 41. Illustrissima Christi Jesu imago extitit, qui penè solus (ait Rupertus lib. 8. in Genes. c. 18.) clarè vixit, sic ordine præstendit qualiter sol justitiae Christus processurus esset ab initio usque ad finem aevi. Id vox præconis ante Regium Josephi currum proclamantis, suadet, n. 1125. Quod etiam illud præstat Psalmi 2. *Apprehendite disciplinam, n. 279. 769.*

2. *Cum factus esset ex.* Quid hoc est, quòd à teneris annis suas habeat delicias Christus in Jerosolymitana urbe? Certè quia ibi Regia Davidis sedes, ibi Templum religionis domicilium, ibi scholæ studiosorum, in quibus ipse, vel ab heroicis Davidis, Salomonis, Regumque cæterorum temporibus, & magnificè regnabat, religiosè colebatur, & studiosè populum edocebat, à n. 1386. & à n. 1370. Ubi expendas Psal. 86. verba: juxta Hebraicam translationem apud Lorinum: *Diligit Dominus portus studiosorum* plusquam urbem & reliqua oppida Jacob: quia in Sion sedes primaria, religionis erat, Regia familia, &